



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 6. Populi Sardiniæ celeberrimi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

T E S. { currunt, ut innuit, & iis immanitatem tribuit; *Mawōμε-*  
*ra* Ptolemæus vocat: & hodie credit Ortelius nomi-  
 nari *Canelle*.

N V M. 6. *Populi Sardini.e celeberrimi.*

CORSI primi à Ptolemæo collocantur in parte Boreali Insulæ, quorum etiam meminit Mela: Pausanias in Phocicis ait eos à Pœnis expulso non fuisse, quia degebant in montibus: *vixere in Boreali parte Insulæ.*

BALARI, vna ex gentibus montanis, rapto viuentes, & agrorum suorum, licet feracium, culturam negligentes, maximè Pisaniis infensi quorum littora deprædabantur, sic Strabo. Pausanias in Phocicis ait eos esse Afros & Hispanos qui rebellauere aduersus Carthaginenses, montium obtinuere iuga, & seorsim considere: unde Corsi eos linguâ suâ *Badaros*, hoc est exules dixerunt: *habituere infra Corsos in Meridiem.*

DIAGEBRENSES montani populi Straboni, antea vocati Iolaënes, sic dicti à Iolao, qui eò quosdam liberos Herculis adduxit, aliter eos Iolaëos vocant: *incoluere infra Balaros magis in Austrum.*

SARDI PELLITI; malè apud Liuium, & corruptè *Pellidi*, ita dicti quod vestimentur pellibus: eorum situs ex urbe quæ eis assignatur Corno, hodie Cornetto colligi potest, scilicet versus Occidentem Insulæ non procul à littore, ad Fl. Aragone.

## C A P V T XIII.

*De variis diuisionibus antiquæ Italie.*

DIVISIO quæ usi sumus toto hoc libro ex consensu optimorum scriptorum elicita fuit; nunc doctrinæ gratiâ, omnes diuisiones proponendæ sunt quibus veteres usi esse perhibentur. Ex porro sex omnino numerantur: 1. Augusti: 2. Strabonis: 3. Antonini: 4. Ptolemæi: 5. Notitiæ Imperij, seu Constantini: 6. denique Pauli Diaconi lib. 2. cap. 15. & seq. rerum Longobardicarum. Primam & quintam accuratiùs expediemus §. 1. 2. & 3. reliquas hinc tibi per synopsin offerimus.

SSff iiij